



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

166. Apparitio Christi ad mare Tyberiadis, vbi Petro agnos & oues suas pascendas tradit, & mortem ei prædicit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

C 3 P. 155. Apparitio Christi ad mare Tyberiadis, ubi Petro agnos & oves suas pascendas tradit, & mortem ei prædicit. Iohan. 21. * 165.

S. Mattheus. S. Marcus. S. Lucas.

S. Iohannes.

Postea manifestavit se iterum Iesus ad mare Tiberiadis. Manifestavit autem sic: Erant simul Simon Petrus & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat à Cana Galilee, & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simo Petrus, vado piscari. Dicunt ei, Venimus & nos tecum. Et exierunt & ascenderunt in navim: & illa nocte nihil prædiderunt. Mane autem iam facto stetit Iesus in litore: non tamè cognoverunt discipuli quia Iesus est. Dicit ergo eis Iesus, Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Responderunt ei, Non. Dicit eis, Mittite in dexteram navigij rete: & invenientis. Miserunt ergo: & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus, Petro, Dominus est. Simon Petrus cum audisset quia Dominus est: tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij autem discipuli navigio venerunt (non enim longe erant à terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium. Ut ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem. Dicit eis Iesus, afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simo Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus, centum quinquaginta tribus. Et cum tanti essent, non est scissum rete. Dicit eis Iesus, Venite, prandete. Et nemo audebat discur-

e 3 bentium

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes
			<p>bentium interrogare eum, Tu quis es sciens quia Dominus est. Et venit Iesus. & accipit panem & dat eis, & pater similiter. Hoc iam tertio manifestum est Iesus discipulis suis, cum resurrexisset a mortuis. Cum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus, Simon Iohannes diligis me plus his? Dicit ei, Etiam Domine: tu scis quia amo te. Dicit ei, Pater agnos meos. Dicit ei iterum, Simon Iohannes diligis me? Ait illi, Etiam Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei, Pater agnos meos. Dicit ei tertio, Simon Iohannes, amas me? Contristatus est Petrus, & dixit ei tertio, Amas me? & dixit ei, Domine, tu omnia scis: tu scis quia amo te. Dicit ei, Pater agnos meos. Amen, amen dico tibi, cum esses iunior cingebas te, & ambulabas ubi volebas. cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quod non vis. Hoc autem dixit, significans quia morte clarificatus esset Deus. Et cum hoc dixisset, dicit ei, Sequere me. Conuersus Petrus vidit illum discipulum quem diligebat Iesus, sequentem, qui & recubuit in sinu Iesu super pectus eius, & dixit, Domine, quis est qui tradet te? Huc ergo cum dixisset Petrus, dicit Iesu, Domine, hinc etiam quid? Dicit ei Iesus, Sic cum volo manere donec veniam, quid ad te? tu non sequere. Exiit ergo sermo iste inter fratres, quia Discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Iesus, Non moritur, sed, Sic cum volo manere donec veniam, quid ad te? Hic est discipulus qui testimonium perhibet de his, scripsit hæc: & scimus quia verum testimonium eius. * in Conclusio</p>